Unde patet quod in hac opinione fragilis
est et exigua seu invalida certitudo
Sicut dicat doctor iste quod post eandem
quod post sectam machometi nulla secta
veniet nisi lex antichristi Et astronomi
similiter concordat quod aliquis potens erit
qui legem fedam et maximam construat
post machometum que omnes alias suspe-
dat Pro multum esse utile ecclesie
considerare de tempore illius legis an cito
veniat post destructionem legis machometi
an multo longe Et ethicus philosophus di-
cat in sua cosmographia quod gentes que
sunt clausa inter portas caspias ir-
ruent in mundum et omnia antichristo et
eum vocabit deum deorum Quam vero ut
dicat iste tartari qui sunt inter por-
tas illas Unde exierunt Et a porte
illis fracte sunt sic retulerunt an-
tiqui christiani qui per medium earum tran-
sierunt Et sic ergo ut dicat est signum pro-
ximi adventus antichristi Unde con-
cludendo dicit ecclesia si etiam vellet
revolvere textum sacrum et prophetias
sacras atque prophetias sibille et
merlini et aquile et Ioachim et multorum
aliorum Insuper et libros historiarum atque
iubet considerari vias astronomie Inveni-
retur sufficienter suspicio vel magis
certitudo de tempore antichristi Sed hoc
videtur obviare dictis christi Non est
vestrum nosse tempora vel momenta que
posuit pater in sua potestate et illud
dixerat illa nemo scit et cetera Unde
aut de hiis super hiis sit non est presentis
operis diffinire Sed de hac materia
tractavi in quodam sermone de
adventu super verbo Ecce rex tuus et cetera quam
prope est regnum dei et cetera
Capitulum v predicitur opiniones quas allegat
probabiles rationes ¶ dominice

Licet vero iste doctor pre-
missa omnia induxerit vi-
deatur ad confirmationem et legis
christi laudem tamen multa exemplis perspi-
caciter considerantia apparet magis infor-
mare quam confirmare fidem Nec
esse vere laudator sed magis veri-
esse ficte adulatorem et legem ex
regibus christianis Unde contra eorum

videtur predicte raciones quas libro primo allegavi-
mus fuit sub similitudine precedencium con-
tra opera antiqua superius allegata Cum e-
nim prima est quod vera fides docet stel-
las prelatas subditas esse cultui
divino et legi revelate ergo Naz
iubente Josue et dicente Sol con-
tra Gabaon ne movearis et cetera Obe-
dierunt sol et luna steterunt in me-
dio celi spacio unius diei et non festi-
navit occumbere Et sic duplicata est
dies que duplicacio tollit inde vi-
sa est et perseverans fecit testimonio
celorum error iste desistit Obe-
dierunt enim sol et luna Josue cul-
tori dei et ministro legis sue et
non nisi propter dei cultum legisque
ministerium Ergo manifestum est
ipsum dei cultum et legem superiores
esse et forciores celis quorum cultores
atque ministros revelaverunt ergo cultus
dei et lex eius subsunt planetas
et magis e contrario. Adhuc fuit retrocessio
solis et reversio umbre per decem
lineas que facta fuit tempore Ezechie
ut legitur in libro regum et in Ysaya
Si vero est quod celi et stelle aut si-
cut aut voluntarie ista operantur eis
imponunt aut naturaliter sicut ignis ca-
lefacit et lux illuminat Si primo
induxerunt sectas contrarias quibus
contrariatur cultui divino et legi necesse
est eos sanctissime petere [illegible] et in
animas quas a cultu eius et lege a-
vertunt et in errores impietatis
adducunt Ergo et malos eos
esse et capitales dei inimicos dubi-
tari non potest Item malicia aut ista
est eis innata aut iniusticia et ac-
quisita Si primum dicatur erunt quasi
mali et [illegible] habeant maliciam quod
deus in eis non creat non solum eos
malos creasse sed maliciam in eis
quod quam longe sit a divina volun-
tate bonitate palam est Ita si maliciam
creasset deus contumeliam suam
creasset et adversus semetipsum contradiccionem
et inimiciciam capitalem Si secundo dicatur

tur necessario corrupti atque decepti
mutatique a suo statu et bonitate naturali
quod habeat apud animas eorum mutatio
et corrupcio tunc corpora eorum incorrup-
tibilia constat esse Et quia ordo nature non
patitur ut in eis sit nobilior status cor-
poris quam anime Restat igitur ut non si-
cut ut voluntarie operentur talia
Si vero dicatur ut ista operentur absque
voluntate pure et naturaliter quemadmo-
dum lapis adamas attrahit ferrum ergo
per potenciam necessario et non libere
operantur Et nunc quod operacio similis et sic
dicat philosophus quia natura operatur per modum
similitudinis hoc autem videtur impossibile quoniam
virtus sit operans ignobilis et vi-
lis operacionem virtutis libere operantis sive
que per motum contrariorum oppositorum i. supposita
operari et supposita non operari vilius
aut impossibile est esse tamen ignobilitatem
Ergo natura virtutes celorum impossibile est
creare in nobis sapienciam vel virtutes vel
bonos mores vel etiam quascumque [illegible]
vel voluntates tamen hec anima nobiliora
sunt [illegible] qui ipsa ponunt
intelligis Tercia racio est quia virtutes ce-
lorum ex quibus fiunt [illegible] operaciones
aut sunt corporales aut spirituales Si
corporales ergo non possunt naturaliter impri-
mere disposiciones spirituales per naturales
operaciones per similitudinem quas fiunt in
agentes naturaliter Includit enim hec
et assimilat Recipiens agenti
ergo [illegible] vel leges vel secte vel [illegible]
[illegible] esse possunt propter naturalem
dissimilitudinem Et quia hec nobiliora
sunt eis [illegible] impossibile sit in natura ut causa
sit ignobilior causato Item corpora-
les virtutes non agunt nisi per contactum
agentis et pacientis vel mediis corpora-
libus qui [illegible] vel locis [illegible]
[illegible] nascuntur et [illegible] nichil
possunt virtutes [illegible] Et ita non po-
sunt eos mutare ad mores vel le-
ges vel sectas Si vero dicatur has virtu-
tes celorum esse spirituales Cum tales vir-
tutes non operentur nisi intelligendo
operando imaginando et considerando
[illegible] apud se [illegible] generat
[illegible] intelligere [illegible] desiderare

huiusmodi impressiones in hominibus et exhor
sequitur ut prius dictum est quod scientie et
voluntatis mala procurata et non solum
bona imprimat in hominibus et animalibus
huiusmodi. Et etiam huiusmodi operationes vel loco
[illegible] ordinatur sunt impediant sit apparet
in operationibus animarum nostrarum. Eque enim intel
ligunt et eque libere volunt eque ymagi
ginantur et desiderat in uno loco sicut in
alia. Et per consequens quodque stellarum eque
potens est ad huiusmodi operationes in uno situ
vel loco sicut in quocumque alio cum igitur [illegible]
vel mota sunt eque in uno signo vel in
alio quocumque. Nota ergo locus [illegible] apud
eos domus neque exaltatio neque casus
aut aliud aliorum [illegible] quam hii non sapi
entes sed somniantes eis attribuunt aliqua
nisi debiliores esse ut intellectus et
ymaginatio et voluntas et desiderium
apud eos quam apud nos adfirmatores
aut huius rationis multa subdit [illegible] quibus
aliqua non solum videntur probare [illegible]
quod in puncto materia querit sed ultra [illegible]
etiam reprobare videntur magna parte
astronomie et medicine. Et facere non
est presentis intentionis. Ideo de illis pertranseo.
Nam adea 2m astronomos etiam dici
posset probabilis ratio. Quarta ratio
est quia ipse constellationes sive stellarum
positiones sunt signa istorum eventuum
inferiorum aut sunt signa et cause.
Si sunt signa tantum aut erunt concomitantia
res de necessitate aut non. Si sic tunc ipsa
signa necessaria sunt sicut est quod [illegible]
vel [illegible] nullo modo possit erunt ipsi
eventus immutabiles et mensura
biles et ita omnia de necessitate esse eve
niunt in moribus. Si vero sunt signa que
de necessitate non continent eventus infe
riores erunt possibilia separari ab
res signata signum aut a quo separata est eius
possibile sed huiusmodi fallere. Non est igitur scientia
de signis eorum. Omnia enim et etiam non
sunt de fallibilibus. Si vero cause sunt
et istorum eventuum cum ipse necessaria sunt
erunt eventus ex necessitate necessarii.
Expeditis finaliter concludit quod septe positiones

et errores atque vitia. Probatur enim
celorum cum omnibus dispositionibus suis
necessarius est et immutabilis. Quare
eventus omnes a constellationibus tali
ter erunt necessarii. Expeditis
finaliter concludit quod septe positiones
et errores atque vitia et peti
tionibus iusto dei iudicio etiam [illegible]
[illegible] reddenda est nullatenus ce
lestibus causis tante dignitatis [illegible]
[illegible] tantoque potiores hominum effi
[illegible] sive cause iste celestes
[illegible] sunt et animalia ut ipsi opi
nantur sive non. De omni vero [illegible]
bona omni [illegible] nullatenus
dubitandum est quin sit ab auctore
fonteque universali ac primitiva bonorum
qui est deus altissimus adest [illegible]
adfirmatorum [illegible] possit
rationes eius. Doctores quos facit
in libro suo de mundi a parte prima
contra astronomos qui blasfemant de
bonitate altissimi dicentes quosdam
ex planetis vel stellis esse malos
et eos expresse vocantes infortu
nos et attribuentes eis magna parte
malorum que sunt in hoc mundo ut ho
micidia [illegible] pla
[illegible] fraudes et alia huiusmodi
sed cum infamatio [illegible]
duobus planetis attribuunt videlicet saturno
et marti in blasfemia directe re
funditur creatoris et diffuse probare
nititur. Et haud aliarum [illegible] quo
[illegible] astronomorum vel magorum
superstitiones ubi rationibus variis prose
quitur tandem non [illegible] debeat
stellis et [illegible] ultra [illegible]
utilia concludit quod virtutes celestes
non [illegible] putaverunt astronomi
[illegible] in leges et sectas vel [illegible]
tes aut disciplinas vel mores hominum
[illegible] aut digni
tates principatus vel [illegible]
huiusmodi. Nam [illegible] aliqua [illegible]
que [illegible]

S[illegible] huius [illegible]
[illegible]
[illegible]

sicut augustini libro de civitate dei
et plurimorum aliorum tamen huiusmodi rationes
et conclusiones huius doctoris ad eam pro-
bandam inducte in illa qualitate
quam tradite sunt nimis apparent enim va-
re et pro magna parte possunt annulla-
re astronomie scientiam et astronomicam pra-
ticam unde videtur quod hec opinio possit
restringi / posuitque aliquos impari pro-
bationes ipsius pro aliqua ad excusationem
astronomorum apparent inducta ab
illo doctore anglico predicato cuius
dicta sunt veritatis / Primo quod
contra 2m astronomos et precipue catho-
licos fideles licet secte aliquos sint
a constellationibus celestibus / tamen huiusmodi
secte vel leges pendent ex libertate
hominis cum non imponat aliqua
necessitatem libero arbitrio dicentes
plura esse signa in mundo non nos
ea que deus disposuit absconditum
fieri sive per naturam sive per voluntatem
humanam sine operationem. Secundum 2m
placitum sue voluntatis sicut dicit libro
de septem planetarum / Tertio dicit quod 2m
astronomos licet voluntas non cogatur
tamen corpus alteratur per virtutes celorum
et tunc anima corpori unita excitatur
fortius et inducitur efficaciter licet
non cogatur ut velit sequi liberi
gratis seu libere inclinationes cor-
poris ad actus privatos vel publicos
et ad bonos sic ad malos ut sic
opiniones et secte ac mutationes conspecti-
onum inducantur per aliquem famosum
in populo et potentem 2m quod prius di-
ctum est et pronosticatum ad hoc. Ita quod patet
sic non solum sunt signa sed
quod faciant in excitando et impellendo
ultimo vero multum confundit modo iu-
dicio quod non videtur intelligibile
quod constellationes sunt signa futura
futura nisi aliquo sint eorum causa.
Quarto dicit quod cum aliqui astronomi po-
suerunt dominum nostrum Jhesum Christum esse deum
et hominem ut Ethicus in tertio
dicit in cosmographia et albumasar
similiter. Et sic in predicto allegato libro

de vetula dicit in incarnatione Christo ex-
presse concluditur attribuit ista Christo non
tanquam puro homini cum ista incarnationem homini
denegant / Non volunt quod dispositio cele-
stis potuit esse signum conceptionis virginis
et nativitatis illius hominis de virgine
sequitur homo deus sicut dicit in libro
de septem planetarum planete omnes et cetere
stelle alter deo homini scito alter puro
homini alter et alter creaturis famulantur
volunt ergo deus res suas sic ordinare
ut quedam que futura providet immo-
bilibus per planetas ostenderet / Decimo sicut
ut mens humana de musica cogno-
scens in amorem sui conditoris successa
excresceret. Et ideo volunt quod imminere
et significare possent celestia hoc opus de-
ificum conceptionis et nativitatis quatinus creatura
attestatur suo creatori in carnem venienti
sicut contra naturam sol obscuratus fuit in
passione Christi quod sic philosophi videntes di-
xerunt quod aut deus nature patiebatur
aut tota mundi machina dissolvetur
Et procul dubio volunt quod impossibile sit deum
subici creature cum illud opus di-
vinum incarnationis fuit ex virtute spiritu sancti
et super naturam fuit aliquo subiectum
dispositioni celesti / Jam vero magister dicte
videtur iste descendere a via sive naturalis
et quod astronomi non habuit naturalis pro-
gnosticationes astronomice etiam respectu huius
operis divini non per consequens fuit legis
Christi que tota divina est et spiritualis
Tertio dicit Secundo licet illud opus
misticum in quantum super naturale non fuit
subiectum celesti constellationi tamen consequenter
virgo mundissima fuit mater vera et
naturalis domini nostri Jhesu Christi / et aliquo modo
operata fuit ex virtute naturali in preparando
materiam et fovendo et in hoc possunt natu-
rali cooperatam fuisse virtuti naturali virtutis
et excitasse eam. Consequenter natura operabatur
Prima homo hominem generat et sol. Sed
cum aliquid fuit naturale in illa conceptione
scilicet materie preparatio ut fomentum in
utero et hoc consequenter fuit vera
et naturalis mater non extimat inconveniens

porre celestem dispositionem esse plus
quam signum illius. Sed tandem concluditur
quod quia isti dicunt in hac parte ad regulam
fidei reducenda sunt, ut a catholica veritate
non discordet. Et licet ista ad plenum non
sufficiat, cuius secta sit secte ... an
sit et qualis sit, ipsi pulcre attestantur.
Unde mihi excusare debemus ignorantiam
eorum qui defecerunt a plena certitudine
dictus Zani, tamen in eo non fuerunt instructi
et laudandi quod in nobis concordiam et nostre
professionis confirmant. Talem non reconclu-
siones persuadent quibus patet quod in hac
materia probabilius sit tenendum ta

A premissis materie patet quam diverse
sunt et adverse sententie in hac
materia. Sed utile iudicio licet sit
difficile inter extrema medium eligere
et adhuc aliquas conclusiones satis probabiliter
explicabo. Prima est quod omnes leges vel
secte quantum ad illa que in eis naturalia
sunt vel naturaliter sunt a stellis orte, potuit seu
constellationi vel dispositioni celesti aliqualiter
subesse possunt. Et hoc sic in hoc fundata
quia orbis iste inferior in spera lune
contiguus est et subiectus lationibus supe-
rioribus, id est celestibus corporibus, ut inde
earum tota virtus eius gubernetur.
Unde et verum est non de hiis que pure
et libere vel miraculose sunt, sed de hiis
que naturalia sunt et naturaliter procedunt. Ra-
tionibus tam rationem quam experientia mani-
festum est quod aliqua celesti dispositioni
subsunt. Ut in libro preallegato dictus
Guillelmus Parisiensis pulcre declarat
cum quo non apparebat maior ratio de
aliquibus rebus naturalibus quam de aliis
concludendum sit de omnibus que sunt naturaliter
subsunt quantum ad hoc non erit contra
... dictis de legibus vel sectis
... de lege christiana cuius christus
legislator ... valde
bona complexionis dicitur habuisse naturaliter
Non ergo fidei dissonum est nec rationi naturali
consonum ... sub bona celi disposi-
tione seu constellatione natus sunt a qua
et qua complexionis bonitate naturaliter in eo
dependere potuit, sicut satis supra dictum est

de conceptione in utero virginis quantum
ad preparationem naturalem et fomentum
Unde iuxta hunc modum non videtur
inutile figuram nativitatis christi vera esse
calculatione describi, ut innotesceret
in astris qualis tunc erat disposi-
tio celi et certa affirmatione huiusmodi rei
per media consimilia, unde eorum
legis Moysi et diluvio de quo
tangit dictus Guillelmus Parisiensis
libro preallegato. Nam ibi tractat
de causis et auctoribus celi de quibus
loquitur Moyses et exponit quod per eas
intelligit planetas preter illas relique
significative sunt pluviarum et inunda-
tionis aquarum, quales sunt signa aquatica
et cauda et pisces, similiter pliades,
et etiam de planetis vero Mars vero
et luna caracteres huiusmodi tunc
apte intelliguntur cum causa huiusmodi ad
istas operationes multum pluviarum inunda-
tionem parate sunt et etiam confortate
Sed ergo hic dicat de diluvio illo quod
tamquam miraculose narrat lex hebre-
a ... non sibi dicta potuit
de pluribus aliis que in eadem lege exara-
ta sunt et alia possent ad predictam
confirmationem induci. Sed brevitatis gratia
hiis contentari expedit. Secunda conclusio est
quod leges vel secte que vel humana
adinventione vel diabolica suggestione
introducte sunt sicut secta machometi
vel supradicte secte ydolatre auctore
quodam celesti dispositioni naturaliter subsunt
Et hec ex premissa conclusione sequitur. Nam
cum in huiusmodi nichil sectis miracu-
lose aut supra naturaliter fiat, consequens
est ut totum a causis naturalibus ali-
qualiter dependeat licet idea principaliter
corrupta voluntas hominum libere
operetur. Unde patet quod stelle et planete
diffamati sunt de malicia vel
infortunio ut hic probat preal-
legatus doctor ubi supra tactum est
Unde et Saturnus et Mars nominandi
sunt boni et fortunati et famosi
... conveniant eis

nali bonitate qua ut casus ut
accidentia alia quandoque eas auferre
potuit Et ideo patet unde variationibus
eius. Super factis quod corpora celestia
vel celestes intelligentie sint naturaliter
bona quadam excellentia sunt ita
continuo in eis sed efficiunt que ab eis
procedunt et natura in [?] dictis sectis predi-
ctis ut naturaliter vel voluntarie
mala intendunt seu errores vel
peccata que in eis sunt sed quod preter eorum
intentionem accidunt Et ideo astronomi
qui dicunt non vim vel potentiam ad-
iuvandi vel dirigendi animam intel-
lectivam humanam habent nullo
modo eidem attribuere corruptiones aut
perversitates ipsius [?] neque inclina-
tionem ad fraudes dolos astucias
atque mendacia sed Sed quod omnia fiere
in vi intellectiva humana propin-
quitudinem sive in possibilitatem suscep-
tibilitatis et quod ineptitudo est et
ex parte corporis sicut est exemplum in opa-
cum [?] solare que in aliquibus vi-
sum adiuvat in aliis aut ledit
vel tollit nisi dispositionem suscipientis
Sic dicendum est de Saturno quod tamen ipse
in eas intendat dirigere et illuminare
vim intellectivam ad ea intelligen-
da que vera et utilia sunt et
intendit ut dicunt usque ad splen-
dorem perspicue tamen impeditur hoc
intentio eius et operatio a parte cor-
poris quod ipsi anime coniunctum est Et tamen
ex hac illuminatione debet quis esse stu-
diosus circa sermones sacras et divi-
nas efficitur curiosus circa alias et
melancolicus et cogitator nimis
vel noxiorum quales sunt fraudes
et doli Patet autem ex aliis pla-
netis in eorum proprietates consimiliter iste
declarat doctor pariter et utiliter
Patet autem quod hic dicitur de hoc
dispositionem que est ex parte corporis non
tollitur quin preparat ad has errores
et peccata sectarum predictarum oportet
de privatione libertatis libera voluntate de
quia plura dici possent Sed hec ad
[?] sufficiat Et circa conclusionem [?]

leges vel secte divine non continentur
sed divinitus inspirate qualis est lex Christi
et qualem fuisse credimus legem Moysi
sive [?] in quantum a divina voluntate libera
super naturaliter et miraculose procedunt
nullatenus astrorum legibus seu eorum
constellationibus subiecte sunt nec ad eas
vel earum virtutes sublimes et rationem
naturalem excedentes astrorum [?] sive
potestas aliquatenus se extendit Et hoc
patet primo quia celestis constellatio sit virtus
esse naturalis Cum ergo [?] sit naturalis
sive eorum potestas in res naturales non exce-
dit. Sic ad ea que omnino vel supernatura-
lia sunt se extendit. Cum igitur sunt ea que
miraculose et supernaturaliter fiunt quales
sunt leges predicte et plurime veritates
que in eas docentur et creduntur. Ergo
[?] attribuere lex Christi Mercurio sicut
dicit doctor ille anglicus sed soli deo
altissimo nec tali constellationi sed almo
siderum conditori Sed nec etiam convenientia aut
colligantia concomitantia aut connexio
difficultatis motuum Mercurii ad diffi-
cultates veritatum fidei et precipue illarum
que facultatem rationum et naturalem ex-
cellunt intellectum sicut sunt trinitas et uni-
tas divine [?] conceptus virginalis et aliorum quorundam
articulorum legis christiane Sed vero ille
dixerit quod convenit ad ista naturalia mer-
curii et difficiles eius [?] sequi [?]
[?] dispositiones celestes [?] se habent
sicut cause sed sicut signa iam super teti-
[?] non est tamen intelligibile propter huiusmodi de-
clarationem sciendum est quod signa celi seu
dispositio est velut quidam liber naturalis
manibus dei scriptus sicut appropria-
tum est In quo tamquam litteras seu
quasi scripturas legibiles sicut luminaria
celestia sic ipse per Moysen testatur
ut essent in signa et tempora Ubi ergo re-
presentantur futura non quecumque sed na-
turaliter possibilia Et respectu horum sunt
in celo signa non quidem ad placita
sed significantia naturaliter Ideo non potest
esse signa vere quam aliqua naturalis
causa non ad illa signa naturaliter sequitur eorum

significata sint porro tamen ponitur effectus
exterius quod patet consequens quia ex huiusmodi ce-
lestibus signis non potuerunt astrono-
mi prenosticare de lege Christi. Et preterea
de supernaturalibus veritatibus predic-
tis. Et si vero quidam dixerunt quod de huiusmodi
veritatibus multa predixerunt infideles
sicut Hermes et Trismegistus de ver-
bo. Et Sibilla de Christo multa scrip-
serunt sicut docet Lactancius et libro
de civitate Dei. Et veritate Augustinus xviii et
de Sibillinis versibus tamen etiam ad
hoc videtur sed a gentiles vel philosophi vel
astronomi de hiis que scripserunt non
habuerunt per astronomiam seu naturalem scientiam
sed tamen receperunt etiam divinis scriptis
quas forte aliqui legerunt vel ad ista
prenoscenda elevati sunt per revela-
tionem divinam quam propter hoc vocamus prophetiam
quia non astra neque a celo
sicut fabulantur astronomi sed a solo celo-
rum creatore futurorum provenire. Et ad istud
confirmandum ponitur una talis ratio
que velud Achilles fortior est. Nam
si ignes figura celi seu constellatio que
significatur secundum Albumasar vel alios astronomos
super lege Christi futura tunc quedam ab eis
cum similis constellatio aliquando preexstitit
aut non. Si dicatur quod sit tunc similis ipsa
et similiter natus de virgine similis lex
vel secta similes virtutes predic-
buerunt ad similem causam sequi debebat
similis effectus seu ad simile signum
simile signatum. Hoc autem quis ullus
fidelis dicat. Nam fides docet quod lex
ista sicut et legislator non incorrupta.
Hec prima illa visa est non habere sequelam.
Si vero dicatur quod numquam talis constellatio
preexstitit aut futura sit hec in celo
tam filius aut filie signum unde sequi possit
talis eventus aut evenire similis
effectus. Sequitur quod ipsi aut alii au-
tores astronomie predecessores ipsorum
non potuerunt habere experientiam. Nec per
quam naturalem scientiam quod huiusmodi constellatio
esset aliquorum tam efficacius vel signum
prenosticum huius legis vel secte future quare
nec talem eam futuram esse cognoscere

constellationum naturaliter cognoscere po-
tuerunt nisi si hoc concedat quod numquam
similis constellatio aut preextitit aut
sequitur sit. Sequitur quod motus corporum
celestium seu revolutiones celestes
sint incommensurabiles et incommensura-
biles ita quod per prius et postea numquam
celum revolvitur ad eundem statum.
Cuius oppositum supponere videtur
communis astronomorum opinio expre-
ssimus in conclusionibus et aliis re-
volutionibus satis patet quod inposita
nunc probabilius sit dicendum.
Hanc unam orationem prius feci sequentur
de incommensuratione motuum celestium
et ad utramque partem questionis arguit

Sed ad hoc pro maiori parte
huius materie declaratione et
specialiter huius quod in ultima ratione
pertactum est rationabiliter queri potest
quid de premissa incommensuratione mo-
tuum celestium sit tenendum. Et
utrum sint proportionales vel non. Ha-
bendum est quod ad utramque questionis partem
rationes probabiles inducte sunt quas
hic veritate habent videtur michi
utile. Pars ergo affirmativa probatur
quadrupliciter ratione. Secunda prima
fundatur in hoc quod pars contraria divine
bonitati derogat. Secunda quia ipsa celi
decorem totaliter quasi in modum perfectionem
aufert vel minuit. Tertia quia facit
magnam iniuriam astronomis
antiquis philosophis multam ignoran-
tiam imponit. Prima itaque ra-
tio est contraria omnis incommensurabilium proportionem
secludit naturali quadam modo
irrationalis. Et inde asperitate vero
bonitati indignum. Ad divine
motus celi proportiona irrationali
quasi indistinctam quasi habitudinem de-
nexisset per quos ceteri motus de-
bite et rationabiliter ordinantur
et confirmatur quia inter figuras et numeros
quedam a sapientibus digniores
reputati sunt aut quadam secreta

racione nature aut quia rebus perfecti-
oribus insunt sicut tullius apud
achademicos dicit perfectissima figura
et ternarius perfectissimus numerorum
de quo eciam virgilius ait deus gaudet
impare et sicut ita est in figuris et numeris ita
oportet dicere de eorum proporcionibus
unde dicit averroys quod antiqui multum
commendabant proporcionem duplam de
qua quidam ait Infima supernis
proporcio dupla ligavit quo suppo-
sito unusquisque qui naturali instinctu
crederet proporciones naturales racio-
nales fore aliis irracionalibus
digniores / sicut ergo celestibus orbibus
conveniunt figura perfectior / Ita eorum
motibus convenit proporcio nobilior
ut corporabilibus que propter nobilitatis
excellenciam angelos glosa vocat
Nullus desit decor corporis Cum
igitur ipsa irracionabilis proporcio aut
aut incommensurabilitas potius dis-
proporcio vocanda sit seu proporcio-
nis privacio et situs melior et pul-
crior sit Sequitur quod divine bonitatis
et sapiencie convenit ut in celestibus cor-
poribus et eorum motibus proporciones
et commensurabilitates ponat non care-
ciam seu privacionem huius pulcritudinis
atque perfeccionis in eas esse permisit
Secunda racio est quia omnis pulcritudo
in quadam proporcione et commensurabilitate
consistit sicut iam tactum est in secundo
perspectivos Omne quod delectat in-
tuitum consistit in proporcione racionali
et armonie que mulcent auditum
omnesque sapores et odores confecto-
res delectabiles certa et proporcio-
nata commensuracione miscentur propor-
ciones actuales inducunt sensibus
voluptatem ff defirmate de quibus
applius ait Simphonie vel plurime
et iste reputate sunt inter alias di-
gniores Econtra autem omnis irracionalis
proporcio offendit in sonis auditum
in saporibus gustum etc. de aliis
ut vult aristoteles Nec solum ledit
sensum sed eciam intellectum propter carenciam

dixerunt atque constare naturali et armo-
nica racione Cum igitur ut expressissime patet
non solum sensibus nostris sed eciam intellecti-
bus dissonenciat atque displiceat irra-
cionabilis proporcio cuncta magis celesti-
bus intelligenciis Quo ergo ponemus
ea celestia corpora in tali incommensura-
bilitate et inamena et instabili disposi-
cione Cum secundum philosophum in motu suorum
orbium optimam vitam ducunt et gaudent
atque delectacione afficiuntur Et confirmatur
racio quia qui faceret horologium materiale
utique efficeret omnes rotas motusque com-
mensurabiles quantum posset Quanto ma-
gis ergo opinandum est hoc de architec-
tore summoque opifice deo qui omnia fecisse
dicitur numero pondere et mensura Unde ait
Boecius Quod omnia que a primeva ori-
gine rerum processerunt racione numerorum
formata sunt / plato quoque ait eundem opi-
ficem quatuor elementa in proporcione continua
quantitate numeros cubitos et duos eorum
proporcionabiliter medios quesivisse / sicut
est illud boecii Qui numeris elementa ligas
Sed quod ita sit in orologiis Et in elementis
pluribus que rebus corruptibilibus quanto ma-
gis in corporibus motibus que celestibus quod eos
confederat racionalis commensuracio et ana-
logia numerabiliter Cum vero inferioribus
contingat quod propter continuacionem continuam
aliqua proporcionatur incommensurabiliter Potest
fit iuxta verba aristotelis quia ista inferiora
sunt plena transmutacione propter distare a como-
da divino .i. a deo que talem inordina-
cionem per se in celestibus non permittit Ex
quibus omnibus concluditur quod huiusmodi incommensura-
bilitas celestium motuum et divine de-
rogat bonitati et pulcritudini tocius
universi Tercia racio fundatur in hoc quia
secundum aristotelice fieri videtur iniuria Si
ad celestes motus numerorum proporcio nequit
applicari Cum enim musica ad sonos con-
trahat numeros Cur eos non poterit astro-
nomia ad motus celestium coaptare Cum
quod per eam numerentur astra Cur eorum
motus non poterunt sub numeris mensurari
Cum insuper arismetica cum deo habitet quia

vnus et tunc est quando a celi motibus
excluditur racionalis proporcio irracionalis
esse ponetur. Nam disproporcio seu potius
mensure privacio ipsi arismetice primo autem
modis rebus disconveniens et dissona iam
superius probata est et confirmatur quia talis proporcio
irracionalis non solum a celo excludit ari-
smeticam sed etiam et suam sibi subalterna-
tam musicam. Nam proporcio talis est ab omni
consonancia aliena. Iugis quia apta est ore-
dis litibus mensui quam celi motibus in
quibus dulcissime musica secundum multarum
philosophorum testimonia creditur resonare et
dei gloriam enarrare. Unde pitagoras
ibi supremam consonanciam se fatebatur
audisse per cuius dulcedinem mundi opifex
nexum moderari creditur universe. Unde fa-
briter narratur etiam a tullio in sexto de
re publica sompnium scipionis ubi
dicit quod implebat aures eius tantus
dulcissonus qui pulsu motu ipsarum
orbium efficitur. Quod exponens macro-
bius allegat esse platonem qui in
re publica sua cum de sperarum celestium
volubilitate tractaret ut speras ab spera-
rum exhibere. Theologi quoque gentilium
et poete novem musas octo sperarum
musicas cantus et unam maximam
consonanciam que conficitur ex omnibus esse vo-
luerunt. Ad propositum macrobius alligat
esiodum et multa subdit de illa musica
celesti concludens. Quia iam igitur vita
omnis anima musicis sonis capitur quia
in corpus defert memoriam musice cuius
in celis fuit conscia. Sed etiam Boecius affirmat
quod non frustra a philosophis dictum est mundi
animam in musica consonanciam fuisse coniunctam
et quod non potest dubitari quin anime nostre
et corporis status eis quodammodo propor-
cionibus videatur esse compositus quibus armo-
nice modulaciones copulantur. Item idem boe-
cius etiam posuit primam vocatam munda-
nam de qua dicit esse suspendendam
que in celo vel circa aut ipsum variatur.
Et subdit unde non fieri ut absit celestium
virginum rapidus ordo modulacionis absistere
dicimus insuper pater philosophorum aut Plato
in mecito in choreas celestium musicarum
chorus est a summa divinitate dimissus
scilicet ne tamen uniquam videtur intellectorum

sed modorum dulcedine careret
sed potius ministratis choris celestibus
celebretur laudibus qui solus est et
aut pater est omnium atque celestibus lau-
dibus. Item in istius armonie defuisset
suavitas. Fiet etiam racionalis propor-
cio celestem musicam faciens in sacris
tamquam eloquiis ubi dicitur quis enar-
rabit celorum raciones aut concentum
celi quis dormire faciet. Unde cassiodorus
recommendans musicam ait quod eam
prestaret qua celi machina que
sonora dulcedine modulatur et natura
continenciam ubique dispersam virtutis
sue gracia comprehendit. Ex premissis
ergo patet in celestibus motibus esse musi-
cam et per consequens racionabilem propor-
cionem arismeticam. Unde opinione
contraria constat scire arismeticam ma-
gnam offerre iniuriam secundum
hoc est dicitur plato voluit celi motum
racionalem fieri sine sono. Et
placet aristoteli quod motus orbium
faciat strepitum sive sonum audibilem
et ita secundum predicta motus celestium
orbium est sine sono. Ideo ego intel-
lexerunt predicti in celis esse musicam
auribus sensibilem sed intelligibilem.
Et hec secundum cervinctem a transmissi-
mis qui pura mente dotati sor-
titi sunt celi suspiciendum venera-
bilem curam. Unde secundum eum ad musi-
cam nostre nichil aliud est nisi cunctarum
rerum ordinem scire et quecunque ro-
divina sortita sunt. Ordo enim singularum
rerum in unum collectus concentum quendam
dulcissimi vocissimi quia confiteat. Unde quamvis
mundana musica non sit perceptibilis
auribus. Cassiodorus asserit dum armoniam
celi humano sermone explicari non posse
quam deus tamen racio dedit hominibus na-
tura perdidit. Et qualis vero macte sit
musica manifestius ostendit quam delira
aut quod eam imaginem dei immensi equa
astrologi inter stellas requirenda esse pu-
taverunt presidentes celestem esse mu-
sicam cum luce formam comprehendant

Aut sidera collata Unde quidam poeta
Sol opus sidera studium liramentorum-
que Unde etiam antiqui ymaginati
sunt septem planetarum certo cordium
quibus celi armoniacum et pudorem con-
cinna tacitumitate conficiatur non solum in celis
planetarum sed etiam super positum musi-
cam quod sicut idem Cassiodorus ait
sicut dicunt debere credi ut beatitudo
super celestis illis musicis oblectatio-
nibus perfruantur que nec fine desinat
nec aliqua intermissione marcescat
Quod autem ex hiis intelligendum quod in
illa beatitudine sit musicalis delec-
tatio sensibilis sed spiritualis quia aliter
dicere esset declinare in intellectum loq-
uentem de paradiso sensibilium volupta-
tum iuxta errorem Saracenorum sicut
docet predictus doctor parisiensis parte prima
libro de universo Certa racio est contra
qui negat motus celi mensurabiles propor-
tione quod commensurari ponunt in hominibus
magnam et multiplicem ignorantie
cecitatem Nam sic nullus poterit
planetarum coniunctiones et alios aspectus
prognosticare nec eorum pendere effectus
et per consequens ubi astrologia nec erit uti-
litas mathematicis commendata et frustra
ergo mundi opifex os homini sublime
dedit celumque videre iussit et erectos
ad sidera tollere vultus ut ait Ovidius
Et confirmat quia non solum ex hoc sequitur igno-
rantia astronomie sed etiam omnium quia philosophorum
error gravissimus Et primo quidem contra
auctores ceterorum philosophorum precipue diffinientes
tempus quod numerus motus celi et si hec di-
motus celi non posset numero mensurari
Et ex hoc sequitur sequi quod omnes tabule
astronomie essent false Sequitur etiam quod
falsa sit omnium illorum philosophorum opinio qui
dixerunt corpora celestia redire
ad statum similem completa omnium celorum
revolucione quam vocant magnum annum
de quo Plato in Thimeo certo diffuse
diffuse loquitur quod etiam Apollonius pul-
cherrime explicavit et de quo scripsit
Macrobius de sole quod in dimidio
Scipionis dictum est cum Plato addit

et ad locum suum veniret Et tamen si motus
solis sit incomensurabilis nunquam complete in suos
circulos ut veniret Ubi etiam scribitur
Quid est quod factum est ipsum quod faciendum
est nichil sub sole novum nec valet quisquam
dicere ecce hoc recens est Quod autem non
ita esset si ipsa incomensurabilitas foret
in motibus celi Sed ipse essent constella-
tiones et effectus earum quales non
fuerunt in preteritum Ubi nullum fuit con-
trarium illorum philosophorum opinio continua-
que non possunt omnes effectus redire
sicut ante Illo platonici dixerunt post
Sortes iterum redditurus illa magna
revolucione peracta quod insequitur poeta
Claudianus dicens Certisque amba-
gibus vivi rursus corporeas mittuntur
die mortuus Similiter et Virgilius ubi
ait Has omnes ubi mille rotam volvere
per annos rursum sed suscipiunt in corpora
velle reverti Et intelligit per rotam
annorum tantus revolucionum quos vo-
cant magnum annum de quo etiam predicat
Pitagoras sicut recitat Ovidius De
quibus omnibus satis quod suam esse videtur
idem quod a principio querebatur Tamen ex ra-
tionibus ceteris questionis inducunt de omnibus
racionalibus aliquam responsionem

Sed in contrarium premissorum sunt
quedam persuasive rationes
etiam probabiles ut et apparet
prioribus in fine quarum prima est quod licet
ut praticum est in proporcionibus racio-
nalibus consistat quedam perfectio Verum
tamen celestia non minori sed multo am-
pliori decore fulgere videntur si
corpora sint incomensurabilia ut sic irra-
cionabiliter et regularitate motus
regularitas irracionabiliter variatur
et racionalitas irregularitate de-
bita non fraudetur propter quod etiam quilibet
motus simplex spectat secundum suas partes temporis
regularis Unde sive racionalis propor-
tio irracionabili sit nobilior sive non
earum tamen concurrentia mixtio et coniunctio uni-
formitati singularitate pulcrior est Sicut
enim videmus in aliis Nam mixtum
ex elementis melius est optimo elemen-
to et celum pulcrius variate stellis
distinctum quam si cum stellis indivisibiles

ptotu celi tantu ¶ Et et vniuersum est
perfectius ut quidam dicunt corporalez et ecclesie
dicit monstra tantus quod consonantys va
riatus delectior quod si aliqua consonantia
fieret continua scilicet dyapason et pictura
varys coloribus speciosior efficit ¶ quod si colore
pulcherimo tota superficies vniformiter de
coret. Sic igitur celorum machina nullo
carebit decore si tali varietate componitur
ut corpora mundi quod singulorum horum pondere
in magnitudine motus que mensura si
esset mobilis frustra videtur dictum mo
et mensura ¶ hec quod mensura continuitatem
illam refert que non potest per numeros
dinumerari ¶ Et dum eam comprehendere non possumus
illam ut irrationabilem et ineffabilem
appellamus ypam. tum distincte cognoscit
dei ratio et sapientia et suo conspectui placet
et patet celestis civitas ¶ Et alia pulcra
Nec hec humane imbecillitati lateat ab-
sconditum sicut solet ecclesie sepe contingere
ut quod subtilis in multa varietate pul-
critudine percipit ¶ et ingeniositatis ordine
quod rudis non advertens totum existimat esse
confusum ¶ a ratio est qua quod tali quod opera
ut divine bonitati aut sapientie ut deco-
ri aut perfectioni vniuersi repugnet ut
iam patet expressa ratione sequitur est
quod ut proportiones rationales ut numeros aut
arismetica a celo intendit excludere. Sed
si tu dicis in celo ubi omnia videtur esse
proportiones ac dicat illa unde patet
arismetica aut musica de metrice deliys
tum que de celi musica dicta sunt videtur
quod non debet ... celestibus sibi in
vicem discordantibus vnius enim dicit quod
illa armonia sit tum sono audibili
alter vero negat vnius asserit quod ...
resonat acutius alter ...
hunc plinium in libro 2o naturalis historie ...
et similia rotunda magis quam necessaria
subtilitate dicta sunt ... volunta-
rie poetice dicta sunt sine ... voce
¶ Sed adhuc supposito quod celi facerent aliqua
tantum tum non sed proportio sonorum sit ve-
locitatum ¶ Tum pitagoras ... malleorum
motu non ... mensurant vigorem
sed malleorum ... proportionum
inquisivit quantitatem quod eorum proportionat

nonit igitur acuitates soni non sequuntur
velocitatem sed potius corporum sonantium
quantitatem aut figuram aut vigoratam
aut ... asperitatem acutam vel
... aut quantitatem impulsi aeris
ut vult aristoteles in problematibus aut
plura istorum seu plurium consimilium ¶ Insuper
proportiones velocitatum celi non sunt
symphonice sicut dicunt aliqui quod sol
ad venerem proportio sua symphonia
sit dyesis. Nam motus celorum a sapi-
entibus non ponuntur sub aliqua conso-
nantia ... proportionari mensurari
Si igitur spere celi aliqualem talem
consonantiam in movendo sequitur
illa non est attendenda penes velo-
citates motuum sed cum capacitates
sperarum seu penes orbium quantitates
negata igitur ineffabilitate motuum dum
tum ineffabilitate corporum celestium in
nullo perdidit musice quam capace-
lesti choro et si non sensibilis tum sonat
seu intelligibilis plaudat in sua
tum plausu varietas plus delectat
quam vniformitas ¶ Quedam sicut
cantilena multotiens repetita non
tum placet sed sepe fastidium generat
ut ... novitas qui novos
motus musice vocat multiplicat va-
riare ¶ Contra ratio sed ... si omnes
motus celi essent commensurabiles necesse
esset eosdem motus vel similes et cor
effectus eosdem aut consimiles si magnum
... de quo ibi tactum est sed perfectius
et divinitati convenientius quod non to-
tiens repetitum ... ¶ Et quamdiu
novas et dissimiles ... celestium
... effectus quod ... producit
... plura quam ...
pitagoras ... auream ...
... non redderet ... sed ...
... fieri non posset
... incommensurabilitate motuum celestium
... illius ...
poetas ... sicut de aliis dictum est
... illa magnus annus ut dicta eam
possunt stare ... experientibus ...
... sicut ...

libro preallegato aliqui astronomi sunt
magnum annum posuerunt et dixerunt eum
continere 36000 annorum et istis probatorum
ptolomei secundum quas stellarum fixarum
movetur singulis centum annis
uno gradu circulus autem celi continet
360 gradus quare quilibet circulus complet
in 3 . 60 centenarijs annorum que sunt
36000 quos ille magnus annus
continet circulo uno completo et planete
ad statum suum reveniunt. Propter quod
dixerunt aliqui ut ipse ait dixerunt
annum istum 7.00.00 annorum vel
secundum sparam continere et hoc forsitan propter
diversitatem revolutionis septem planetarum
hanc autem opinionem doctor iste diffuse
reprobat maxime quo ad hoc quod
ponit res easdem in eo instanti anni ma-
gni reversionem redire seu in eius
revolutione renovari. Et inter sex-
tas hos errores primo ponit quod cre-
diderunt celestem circuitum esse prin-
cipium casualitatis super mundum istum
inferiorem et posuerunt in eo mu-
tationes magnas fieri iuxta dispo-
sitiones stellarum et lunarum similiter
ut ipse ait per mutationes magnas
intelligit mutationes legum et sectarum
aliarum magnarum regnorum. Ex quibus
patet quod hec opinio que ex continuabili-
tate celestium motuum dependet facit
eo modo errari quod leges christianorum
et nativitates legislatorum et quasdam
alias et futura sint ex constellationibus stellarum
quod superius reprobatum est. Certa ratio
fieri potest. Quia si omnes motus celi [illegible]
essent commensurabiles impossibile esset solem
et lunam iungi vel opponi equaliter
preterquam paucis punctis celi. Et ita
de alijs aspectibus et reliquis planetis
similiter essent multi gradus in quibus aliqui
planete non possent convenire. Et ita
multis et similibus que non sequerentur
ex incommensurabilitate motuum celestium que
nullus videtur verisimilia nec convenientia
ordini et pulchritudini universi. Cum
enim una pars linee ecliptice magis
quam alia probabiliter coniunctionis solis et lune

et aliqua notabilis planetarum. Magis
ergo erat dicendum quod ipsius ecliptice nulla
est proportio tam modica in qua aliquando
non fiat solis et lune coniunctio et dissimili-
tudinibus que incommensurabilitate motuum
consequuntur. Illud vero quod dicit de igno-
rantia hominum circa astronomiam non concludit
contrarium. Sufficit enim astronomis scire eclip-
sum futurarum esse infra aliquem gradum
vel minutiam temporis mobilis vel temporis
nec oportet dicere in quo puncto aut in
instanti quod hoc non est possibile ut patet
ex [illegible] et isti motus proportionaliter essent nati
et ille magnus annus foret possibilis
iam omnia ventura et ordo totius universi
futurorum possit ab omnibus provideri. Et fo-
rent in hoc similes deo inmortali. Ma-
gis igitur ponenda est incommensurabilitas mo-
tuum. Et quamvis hec inconvenientia non sequuntur
nam etiam quibusdam ignoratis ma-
gnitudinibus demonstratis verisimile est
esse illas incommensurabiles quam contrarium. Sic quo-
tiens nulla proposita verisimilior est quod fu-
turi quod non sit perfectus numerus quam perfectus
quadrare similiter de proportionibus quorumlibet duorum
motuum nobis ignota verisimilius est
ipsam esse irrationalem quam rationalem
si non obstat alia ratio que in proposito non
apparet. Capitulum x concludit ex [illegible]
premissam ad utramque disputationem et includit
duplicem errorem astronomorum excludit

Ex premissis igitur rationibus sunt
inde certus que non demonstrative
sed solum persuasive et apparenter
concludunt probabiliter inferentes contrarium
quod de incommensurabilitate motuum celestium
ex problemata veniunt de quo nihil non potest
evidens certitudo sed quod magis est de quibusdam
celi motibus quem ab astronomis incommensurabiles
esse probantur punctualis certitudo proportionum
eorum proportio est difficilis inventionis
est ut humana in hijs occupatio videatur
afflictio spiritus et labor inutilis quem
tendentibus ingenium. Sed miror quosdam
in verbis astronomicis et nobis sensibilibus
negat sepe punctualis precisio proportionis
Et ipsos [illegible] millesima equalitatem
et proportione irrationali ad rationalem [illegible]

Et hec dixerunt sapientes astrologi. Concessit
albategni auctor ptolomei quod in tantum
magisterii excellentia veritatem
advenire comprehendere non est in nostra possibilitate.
Numquam tamen posteriora assignat duas causas, quarum forte
est aliquis motus celi qui non dum temporibus
nostris innotuit aut propter instrumentorum tar-
ditatem / aut propter ipsum ad amussim veri-
tatem. Et ideo bene dicat plenius ex-
celi mensurantes recentiores indigentes exemplis
omnibus colligi et collidit multiplex error
horum primum quorundam iuniorum qui
iactant se almanach seu vere tale
parum tradere ad tale quod inveniri for-
tassis impossibile vel saltem impossibile cogno-
scere / sed ad hoc dixi recepisse. Numquam veri signum
est quod non obstante summa antiquorum di-
ligentia non dum quantitas anni solaris
cum precisa certitudine credit ad inventa
esse et ex computo lincolniensis apparet ita
cum annis sit redditus sol ab aliquo puncto
in zodiaco facto ad eundem punctum ab eodem
solsticio ad idem solsticium vel ab eodem equino-
ctio ad idem equinoctium in quantitate huius
fundatores kalendarii nostri secuti sunt
doctrinam que remocior est a veritate
sed doctrina ptolomei quia dixerunt quan-
titatem anni 365 dies et 6 horarum
et posuerunt tres annos continuos unumquemque
365 dies dimittendo minutias ho-
rarum et quartum annum constituunt ex 366
diebus et diem intercalatum quarto anno
vocant diem bisextilem quia interseritur
eum in februario sexto kalendas marcii
et si per eandem literam in kalendario dicitur
6 7 kalendas et computatur in anno bi-
sextili super eandem literam duos dies. Unde
si vera esset dicta opinio de quantitate
anni sol rediret ad idem punctum a quo
incipit moveri a principio eorundem
annorum et non egeret kalendarium
nostrum alia verificatione quam intercollatione
seu interpositione diei bisextilis. Sed secundum
ptolomeum quantitas anni addita est quantitate
predicta de trecentesima parte unius diei
et ita in 300 annis kalendarii nostri
erat solsticium ante finem anni per diem
unum. Ideo si a 300 annis kalendarii
nostri exciperetur dies unus sol esset in

fine illorum 300 annorum reversus ad
eundem punctum et verificatum esset
kalendarium nostrum. Sed secundum albate-
gni quantitas anni est minor quam abra-
chis quantitate predicta quantitatem est una
centesima unius diei et si de
quibuslibet centum annis kalendarii
exciperetur dies unus esset in fine
100 annorum semper reversus sol ad
eundem punctum. Et per hoc esset verificatum
kalendarium nostrum. Unde si vera esset oppinio
albategni in quibuslibet 100 annis ka-
lendarii nostri deberet solsticium nostrum
precedere uno die propter defectum predicte
exceptionis et hoc quod dicit lincolniensis plus
consonat quod invenimus per punctum nostri temporis
de antecessione solsticii. Cum enim dies in
quibus christus natus fuit in solsticio yema-
li 24 septuaginta fuit, aut precedit solsti-
cium citra tot dies quot sunt centenarii
annorum ab eius natalis iam lapsi. Sed
istud dictum lincolniensis non est undique
verum prout declaratur in sequenti. Secundum
ptolomeum quantitas anni est 365 dies
quinque hore 55 minuta 12 2a
et anni kalendarii nostri in 300
annos excedit per unum diem. Et hec
concordat cum lincolniensi quantum ad
oppinionem ptolomei. Et secundum albategni
quantitas anni non est tanta quia tamen
quinque horis non potest nisi 46 (?) opta et 4
2a et sic in 112 annis excedit annus
kalendarii nostri non de una die inte-
gra sed solum 23 horis 4 minutis
et 12 2a. Unde patet quod hic deficit lin-
colniensis secundum oppinionem albategni. Unde super
magis deficit secundum opinionem magistri
tonnicem qui dicunt pro quod longior quanti-
tas anni sit brevior quam illa quam ponit
albategni quod probatur quia secundum quosdam
equinoctium per 100 circa 20 annos
mutatur ascendendo per unum diem
secundum alios vero per 100 et circa 24
annos quod dicunt quod hec satis conveniunt
cum motu annorum christi ut per unus
dies minuitur de quantitate anni
et de motu mutacionum solsticii et
equinoctii. Hec autem non est precise ver-
um. Quod magis appropinquantes veri-
tati dixerunt quantitatem anni breviorem esse

Illa qua utitur ecclesia quod decima
3a parte diem ita quod in 130 annis
si auferatur una dies ex kalenda-
rio correctio et secundum opinionem
concordat videtur satis tabula solis
in signo que ponitur in kalendario
regine quia secundum illa solsticia et e-
quinoctia ascendit in uno anno per mill
sicut patet ex examine dicte tabule quia
licet tabula signetur per quinque annis
una hora tamen in 160 cessat a compu-
tatione unius hore per quinque annis
pro eo quia singulis quinque annis de-
ficiunt quinque minuta de una hora
et secundum eam in 130 annis solsticia
non mutantur ascendendo nisi per unam
diem et adhuc deficiunt decem
minuta unius hore que fere sup-
plent unum diem et per quos ascen-
dunt in kalendario de uno die in
131 annis excepto uno quarto unius
hore, licet autem hec calculatio sit veri-
tati propinqua non tamen est precisa secun-
dum opinionem alphonsi que communiter cen-
setur verior, quantitas anni est 365
dierum, 5 h 49 minuta 2a et sic annus ka-
